

holicorum Regum votis, quibus Gloriosissimæ Virginis Deiparæ Mariæ Veneratio promovetur, & augetur, Apostolici favoris libentissime adjungimus.

Postulatio.

§.1. Itaque enixis, piisque precibus Clarissimi in Christo filii nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici nomine Nobis per dilectum filium nobilem virum Petrum de Aragonia ipsius Caroli Regis apud Nos, & Sedem Apostolicam Oratorem humiliter porrectis benigne inclinati, ut in toto Statu Mediolanen, & in Marchionatu Finariensi tum a Sæcularibus, tum a Regularibus utriusque sexus, qui horas Canonicas recitare tenentur, Officium, & Missa Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis Immaculatæ cum octava in postero de præcepto recitetur cum Lætionibus in octavario Romano a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum approbato contentis, & a die octava ad decimam quintam Decembris rite dispositis, auctoritate Apostolica tenore præsentium mandamus, & decernimus; Idemque Officium ad usum Cleri Status, & Marchionatus præfatorum seorsim ab octavario Romano inprimi posse concedimus.

Annuit Pontifex.

§.2. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Derogatio contrariorum.

§.3. Volumus autem, ut earumdem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in judicio, quam extra illud ubique locorum adhibeatur, quæ ipsimet præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. die 24. Oct. 1665. An. XI.

Datum in Arce Gandulphi Albanen. Diceccesis, sub Annulo Piscatoris, die vigesimaquarta Octobris 1665. Pontificatus nostri Anno XI.

DXIV.

Ex Regest. in Sect. brev.

Ut in omnibus Dominiis, & Ditionibus Regnorum Sicilia, & Sardinia recitetur Officium, & Missa Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis Immaculatæ, cum octava.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

Sacrofancti Apostolatus officii humilitati nostræ per ineffabilem divinæ bonitatis abundantiam impositi ratio postulat ut pia Catholicorum Regum vota, ad augendam latiusque propagandam augustissimæ Virginis Dei Genetricis Mariæ venerationem tendentia Apostolica charitatis favore libentissime prosequamur.

Expositio.

§.1. Itaque enixis, piisque precibus Charissimi in Christo filii nostri Caroli

Hispaniarum Regis Catholici, qui etiam Sicilia, & Sardinia Rex existit nomine Nobis per dilectum filium nobilem virum Petrum de Aragonia ipsius Caroli Regis apud Nos, & Sedem Apostolicam Oratorem humiliter porrectis benigne inclinati, ut in omnibus Provinciis, & Ditionibus Regnorum Sicilia, & Sardinia tum a secularibus, tum a regularibus utriusque sexus, qui horas Canonicas recitare tenentur, Officium, & Missa Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis Immaculatæ cum octava in postero de præcepto recitetur, cum Lætionibus in octavario Romano a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum approbato contentis, & a die octava ad decimam quintam Decembris rite dispositis, auctoritate Apostolica tenore præsentium mandamus, & decernimus: Idemque Officium ad usum Cleri ditionum Regnorum Sicilia, & Sardinia seorsim ab octavario Romano inprimi posse concedimus.

Concedit Pontif. ut in Rubr.

§.2. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Derogatio contrariorum.

§.3. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in judicio, quam extra illud adhibeatur, quæ ipsi præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Transumptorum fides.

Datum in Arce Gandulphi Albanen. Diceccesis, sub Annulo Piscatoris, die vigesimaquarta Octobris 1665. Pontificatus nostri Anno XI.

Dat. die 24. Oct. 1665. An. XI.

DXV.

Confirmatio determinationis D. Cardinalis Protectoris super restitutione Custodiæ Sanctissimæ Trinitatis Fratrum Minorum Sancti Francisci Recollectorum nuncupatorum in Gallia in pristinum statum.

Ex Regest. in Sect. brev.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

§.1. Alias pro parte dilectorum filiorum Theophili Charier Custodis, ac omnium Fratrum tam Superiorum quam inferiorum Custodiæ Sanctissimæ Trinitatis Fratrum Minorum Ordinis Sancti Francisci Recollectorum nuncupatorum, & præsertim Joannis Baptistæ Baudin eorum specialis hac in parte Procuratoris Nobis exposito, quod pro Reformatione Provinciæ Majoris Turonia Fratrum Minorum dicti Ordinis vigore quarundam felic. record. Urbani Papæ VIII. Prædecessoris nostri in simili forma brevis Literarum die 30. Augusti 1642. & die 22. Janua-

Motiva hujus constitutionis.

Januarii, & die 22. Aprilis 1643., necnon die 11. Martii 1644. respective expeditarum dicta Custodia juxta quasdam rec. me. Clementis Papæ VIII. Prædecessoris pariter nostri Literas in Capitulo Provinciali ejusdem Provinciæ die 29. Augusti 1643. Rhedonis celebrato per Venerabilem Fratrem Henricum tunc Episcopum Rhedonen. Apostolicum hac in re Commissarium erecta, & confirmata fuerat, illique sex Conventus, videlicet Rhedonenfis, Venitenfis, Corisopitenfis, Vastinenfis, Inycastrenfis, & Castri Reginaldenfis assignati extiterant; Verum nihilominus Fratres dictæ Provinciæ majoris Turonia sic erectam, & confirmatam auctoritate Apostolica Custodiam hujusmodi, imo & ab ipsis receptam, laudatam, & approbatam sub propriis chirographis, propter quasdam difficultates tribus Conventibus principalioribus privaverant, eique tres supradictos Conventus, Rhedonensem scilicet, Venetensem, & Corisopitensem dare noluerant: Et in eadem expositione subjuncto, quod tunc nulla supererat spes Fratrum Reformati intentam ab ipsis reformationem in dictos tres Conventus, imo in totam Provinciam introducendi, propter rationes aibi allatas, & tantas difficultates de die in diem magis crescentes; quinimo nec pacifice in tribus Conventibus, qui eis supererat vivendi, nisi a dicta Provincia Majoris Turonia omnino separarentur tum propter exiguitatem ipsorum, tum propter penuriam locorum, & injuriam temporum; ideoque Nobis eorumdem Exponentium nomine humiliter supplicato, ut eis de medio opportuno Regulam ad literam observandi juxta præscriptum præfatorum Clementis Prædecessoris Literarum, quibus omnes, & singuli subscriperunt, providere, & ad hunc finem, cum soli Fratres Recollecti in Gallia sub dictis Clementis Prædecessoris Literis Regulam servarent, ipsis ut una cum præfatis suis tribus Conventibus viciniore, aut commodiore Provinciæ Fratrum Recollectorum seu Reformatorum in Gallia, nempe Provinciæ Sanctæ Mariæ Magdalena, quæ auudente tunc existente Ministro Generali dicti Ordinis, eos recipere parata erat, servato tamen jure uniuscujusque, uniri, & incorporari valerent, permittente, ac ad hanc unionem, & incorporationem perficiendam Commissario per eundem Ministrum Generalem deputando plenam potestatem concedere de benignitate Apostolica dignaremur: Nos hujusmodi supplicationibus inclinati de Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, attentis narratis, ac audito per eosdem Cardinales, & contentente præfato Ministro Generali Ordinis hujusmodi, ut memorati tres Conventus nimirum Vastinenfis, Inycastrenfis, & Castrireginaldenfis uniri, & incorporari possent Provinciæ viciniore, aut commodiore Reformatorum, seu Recollectorum

auctoritate Apostolica concessimus, & indulgimus, ac hujus unionis, & incorporationis faciendæ facultatem Commissario ab eodem Ministro Generali deputando eadem auctoritate tribuimus, & alias prout in nostris desuper in simili forma Brevis die 17. Septembris 1663. expeditis Literis, quarum tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expresso, & inserto haberi volumus, uberius continetur.

Expositio.

§.2. Cum autem sicut dilectus pariter filius Pacificus a Sancto Valerio Agens Generalis omnium Fratrum Recollectorum Gallia dicti Ordinis, & Procurator specialis præfate Custodiæ Sanctissimæ Trinitatis Nobis nuper exponi fecit, unio quidem hujusmodi vigore præfatarum nostrarum Literarum facta fuerit, sed non omnem suum effectum habuerit, quia Fratres non Reformati executioni earumdem Literarum sese opposuerunt, variosque desuper recursum ad Judices Laicos habuerunt, dicti tamen Fratres non Reformati Fratrum Reformati, seu Recollectis dictæ Custodiæ promiserunt, se benevolam reformationi favorem deinceps esse præstituros, si eadem Custodia in eum, in quo ante dictam unionem erat, statum restitueretur, speque proinde effulgeat, majorem hac viam futuram reformationis extensionem juxta protestationem eisdem Fratrum Reformati, a non Reformati factam: Cumque his, & aliis Congregationi præfatorum Cardinalium expositis, ac petito, ut eorumdem Fratrum Reformatorum, seu Recollectorum Custodia hujusmodi necessitatis, & progressus reformationis habitatione, ordinaretur; Primo, ut dicta Custodia Sanctissimæ Trinitatis in pristinum statum, in quo erat ante unionem, restitueretur, cum omnibus juribus, & privilegiis ipsi per Literas præfatorum Clementis, & Urbani Prædecessorum, quarum vigore fuit erecta, & confirmata, concessis, iterumque approbaretur, & confirmaretur, scilicet cum Custode in Capitulo Generali suffragante, & Novitios ad ordinem recipiendi potestatem habente, ac aliis quibus usque ad tempus dictæ unionis posita fuit dicta Custodia; Secundo, quod cum tempus celebrandi proximum Capitulum Custodiale urgeret, Custodisque, & Superiorum Custodiæ officia propter hos processus, & negotia ultra biennium duravissent, & propter dilecti filii moderni Ministri Generalis Ordinis prædicti absentiam, & distantiam (ad quem recurrendum est, ut Commissarius Visitator super dictam Custodiam deputetur) ulterius duratura essent, dicti Custodis, omniumque Custodiæ Superiorum jurisdictionis, & auctoritas ad sex menses prorogaretur, & confirmaretur; dicta Congregatio attentis narratis, Venerabili Fratri nostro Francisco Episcopo Portuen. ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali Barberino nuncupato dicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectori commiserit ut consilio sibi de veritate expositorum, &

Congregatio Episcoporum & Regularium ad Card. Protectorum exponentes remittit.

quatenus expedire iudicaret, juxta petita pro suo arbitrio, & prudentia indulgeret, & decerneret: Ipse vero Franciscus Cardinalis Protector accepto Decreto Congregationis hujusmodi super præmissis manato, constitutoque sibi de veritate expositum Decretum, seu determinationem fecerit tenoris, qui sequitur, videlicet.

Franciscus Miseratione Divina Episcopus Portuen. Cardinalis Barberinus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vice-Cancellarius, ac totius Ordinis Sancti Francisci Protector, Corrector, & Gubernator.

Cardinalis Protector in præmissis statu Custodiam præd. re ponit.

Cum ex præserto Decreto Sacræ Congregationis negotiis, Episcoporum, & Regularium præpositæ, & a Sanctissimo Domino Nostro super hoc specialiter deputatæ commissum Nobis fuerit, ut attentis narratis circa præscripti memorialis tenorem pro nostro arbitrio, & prudentia quidquid in Domino expediens iudicaverimus indulgere, & decernere possimus, & valeamus. Nos quibus de veritate expositum constat, visoque super hoc approbatione Procuratoris Generalis Ordinis, & assensu, præfatam Sanctissimæ Trinitatis Fratrum Minorum Recollectorum Custodiam in pristinum statum quo erat ante Breve Sanctissimi Domini Nostri Alexandri Papæ VII. auctoritate Apostolica, & nostra reintegramus, & restituimus, & eadem jura, & privilegia, quibus antea per Bullas suæ erectionis, & confirmationis poteratur concedimus, & confirmamus, scilicet cum Custode in Capitulo generali suffragante, Novitios ad Ordinem recipiendum potestatem habente, cæterisque, quibus usque ad tempus dictæ unionis iuribus, & privilegiis in communi, & in speciali petita sunt dicta Custodia, attentoque quod tempus proximum Capitulum custodiale celebrandi urgeat, Custodisque, & Superiorum Custodiæ Officia ultra triennium, propter processum, & negotia duraverint, & ad obtinendum a Reverendissimo Patre generali Ordinis Commissarium ulterius duratura sunt, Custodis electi, & omnium Custodiæ Superiorum Officia jurisdictionem, & auctoritatem ad sex menses prorogamus, & auctoritate Apostolica confirmamus. Datum Romæ in Cancellaria Apostolica hac die tertia Augusti 1665.

F. Card. Barberinus Protector. Locus + sigilli.

Sententiam Card. Protectoris confirmat Pontifex.

Agapitus Colortius Secret. §.3. Nobis propterea præfatus Pacificus humiliter supplicari fecit, ut Decretum, seu determinationem hujusmodi apostolicæ confirmationis nostre patrocinio communique de benignitate Apostolica dignaremur.

§.4. Nos igitur ipsum Pacificum specialis favore gratiæ prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat

consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de memoratorum Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, attentis narratis, præsertam determinationem dicti Francisci Cardinalis Protectoris in vim Decr. Congregationis eorumdem Cardinalium emanatam auctoritate Apostolica tenore præsentium benigne approbamus, & confirmamus, suumque effectum sortiri mandamus.

§.5. Decernentes easdem præsentis Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quomodocumque spectabit plenissime suffragari, & ab illis respective inviolabiliter observari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.6. Non obstantibus præfatis nostris Literis, aliisque præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Ordinis, Provincie, Custodiæ, & Conventuum præfatorum, aliisque quibusvis etiam juramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum in Arce Gandulphi Albanen. Diocesis, sub Annulo Piscatoris, die tertia Novembris 1665. Pontificatus nostri Anno XI.

Decretum irritum.

Derogatio contrariarum.

Dat. die 3. Nov. 1665. An. XI.

D X X V I.

Extensio, & communicatio Privilegiorum Fratrum discalceatorum in Hispania Ordinis Sancti Francisci ad omnes Provincias Discalceatorum Indiarum.

Vide ad Const. 146. Tom. 6. Par. 3. fol. 151. Urbani VIII. Cum sicut, & ad Const. 147. ibid.

A L E X A N D E R P A P A V I I.

Ad futuram rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Fratres Provinciarum in Hispania, & Indiis consistentium Ordinis Fratrum Minorum.

Supplicatio.

Minorum S. Francisci strictioris Observantia Reformatorum, seu Discalceatorum nuncupatorum, quod dudum fel. rec. Gregorius Papa XIII. Prædecessor noster diversâ privilegia Fratibus Reformatis Provinciarum S. Josephi, & S. Joannis Baptistæ in Hispania consistentibus, strictioris Observantia hujusmodi concessit, quæ præsertim respectu Fratrum de Observantia a rec. mem. Clemente VIII., & Urb. VIII. Romanis Pontificibus Prædecessoribus patriter nostris confirmata fuerunt.

Confirmat prout in subr.

§.1. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, Provincie Fratrum Reformatorum strictioris Observantia hujusmodi ad numerum duodenarium cum divini cultus augmento crevisse de presenti reperiantur d. vero Expon. privilegia præd. omnibus Prov. Reform. prædictis suffragari debere a Nobis declarari summopere desiderant: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§.2. Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, qui dilectum filium Procuratorem Generalem Ordinis hujusmodi audierunt, & præcitata privilegia eorumque confirmationes viderunt consilio, attentis narratis, privilegia, memoratis Provincie S. Josephi, & S. Joannis Baptistæ, ut præsertur, concessa, & confirmata reliquis omnes Provincias Fratrum Reformatorum, seu Discalceatorum strictioris Observantia hujusmodi in Hispania, & Indiis consistentes comprehendere, eisque in omnibus, & per omnia suffragari debere, auctoritate apostolica tenore præsentium declaramus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Decretum irritum.

§.3. Decernentes easdem præsentis literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quomodocumque spectabit, inviolabiliter observari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si quid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§.4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, dicti Ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§.5. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur in iudicio, & extra, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Transumptis credi mandat.

Datum in Arce Gandulphi Albanen. Dioc. sub Annulo Piscatoris die 5. Novembris 1665. Pontificatus nostri Anno XI.

Dat. die 5. Nov. 1665. An. XI.

D X X V I I.

Confirmatio Decreti in Capitulo generali Ordinis Fratrum Minorum de Observantia, & Reformatorum S. Francisci editi, quod Provincie Angliæ Ordinis hujusmodi Recollectorum nuncup. competat locus præcedentiæ juxta tempus suæ erectionis.

Ex Regest. in Secr. Brev.

A L E X A N D E R P A P A V I I.

Ad futuram rei memoriam.

Pastoralis Officii quod auctore Deo gerimus, sollicitudo Nos admonet, ut paternam Christianitatis, qui fluctibus seculi in religiose vite portum confugerunt, curam gerentes, ea, quæ ad eorum favorem provide decreta fuisse noscuntur, Apost. muniminis præsidio roboremus.

Exordium.

§.1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Nicolaus a Sancta Cruce Minister Provincialis Provincie Angliæ Ordinis fratrum Minorum S. Francisci Recollectorum nuncupatorum, quod in Capitulo generali Fratrum Minorum de Observantia, & Reformatorum dicti Ordinis novissime celebrato editum fuit ad favorem dictæ Provincie Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet.

Expositio.

§.2. Anglicana Provincia exposulavit, ut reponeretur inter alias juxta tempus sue erectionis, & Capitulum Generale decrevit ipsi competere locum præcedentiæ juxta tempus suæ erectionis prout in Capitulo Interamneni 1500. collocanda decernitur salvis tamen iuribus, quæ a Provinciis produci possent.

§.3. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, firmiora, & stabiliora sint, exactiusque serventur illa, quæ Apostolicæ con-

Supplicatio.

confirmationis patrocinio muniuntur. Nobis propterea dictus Nicolaus Minister Provincialis, tam suo, quam dilectorum pariter filiorum ceterorum Patrum Provinciae praefate nomine humiliter supplicari fecit, ut ad tollendas occasiones novitatum, quas nonnulli Religiosi suscitare conantur, opportune in praemissis providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignemur. Nos igitur eisdem Nicolaum Ministrum Provinciale, & ceteros Patres Provinciae hujusmodi specialibus favoribus & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Decretum praesentium in ultimo Capitulo Generali dicti Ordinis editum, ut praefertur, auctoritate Apostolica tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostol. firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenierint, supplemus.

Decretum. Interdum.

§.4. Decernentes easdem praesentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, si quisque plenarias, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quomodocumque spectabit, plenissime suffragari; sique in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§.5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 16. Nov. 1665. An. XI.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 16. Nov. 1665. Pontificatus nostri Anno XI.

Transactio inter Vicarium Generalem Bergomensium, & Fratres Minimos S. Francisci de Paula pro receptione Conventus Beatae Mariae, omniumque Sanctorum, de Galgario nuncupat.

Ex Regest. in Secret. Brev.

ALEXANDER EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Dilecto filio Vicario Venerabilis Fratris nostri Episcopi Bergomensis in spiritualibus Generali salutem, & apostolicam benedictionem.

IN supremo apostolicae dignitatis culmine, meritis licet imparibus constituti, ad ea, per quae domorum regularium, necnon Religiosorum in eis desentium piis exercitiis vacantium spirituali consolationi opportune consulatur, libenter intendimus, & ut illa, quae propterea provide facta fuisse dicuntur, firma, & illibata persistant, libenter, cum a Nobis petitur, apostolico munimine roborari, & alias desuper disponi mandamus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Exordium.

§.1. Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Francisci Tallis, moderni Praepositi Praepositurae Sanctorum Simonis, & Judae Bergomensis, & Fratrum Ordinis S. Francisci de Paula Minimorum nuncupat. Bergomensium, & pro eis Correctoris Provincialis Prov. Venetae Ordinis praedicti petitio continebat, quod alias, seu nuper dictus Franciscus provide considerans Fratres praedictos in Civitate Bergomensis propria habitatione carere, cupiensque interim, ut per ea, quae ipsi Fratres in praedicta Civitate jam a viginti circiter annis, quibus ibidem commorantur, feliciter jecerunt salutarium operum fundamenta, Religionis zelus per amplius propagetur, cultusque divinus majora in dies suscipiat incrementa, pro singulari ipsius in dictum Ordinem devotionis affectu, praefatis Fratribus, & pro eis dicto Correctori usum Ecclesiae, & Conventus Beatae Mariae, omniumque Sanctorum Galgario nuncupat. prope, & extra muros Civitatis Bergomensis, cum duabus terrae petiolis arativis dicto Conventui contiguus versus dictam Civitatem ad flumen Murla similiter nuncupatum, juxta sua notissima latera sitis, quae cum sint intra septa d. Conventui locari non possunt, una cum Ponte, & pinaculo, vulgo Logetta, super dicto flumine respective positus, capacitatis quoad terrae petiolas hujusmodi ad mensuram Romanam unius petii circiter, olim Ordinis Fratrum humiliorum etiam nuncupatorum, nunc vero secundodicti Ordine, omnique statu, & essentia regularibus in eo apostolica auctoritate perpetuo suppressis, & extinctis, Praepositurae praedictae, quam dictus Franciscus ad praesens obtinet, eadem auctoritate etiam perpetuo unitis.

Supplicatio.

In

§.2. In reliquis tamen Praepositurae praedictae juribus in omnibus, & per omnia, & praesertim quoad officinam, pulverariam, ac domos, & pratellum illis adjacentia, quae Praepositurae praedictae, & Praeposito pro tempore existenti liberae sint, & esse semper debeant, salvis, & illeis remanentibus cum infra scriptis, videlicet, quod ipsi Fratres praedicti Francisco, & dicto Praeposito pro tempore existenti quolibet anno in die festo Purificationis Beatae Mariae Virginis in recognitionem unam candelam cere albae ponderis trium librarum cum ipsius, & Praepositi pro tempore existentium, necnon eorumdem Fratrum Religionis armis, seu insigniis dare, armaque sua insignia ejusdem Praepositi pro tempore existentis super porta majori dictae Ecclesiae exponere, ac duas quotidie quoad assistentiam tantum necnon cum una cantata, ac officio similiter cantato, viginti quatuor Missas, submissa voce recitandas, & pro suffragio animabus Praepositorum praedefunctorum applicandas prima die non impedita a die Commemorationis omnium fidelium defunctorum, praemonito tamen prius super his eodem Praeposito, sive ejus deputato, cui nota in scriptis per singulos Sacerdotes, qui praedictas Missas celebraverint, ac per Superiorem, & Sacristanum Conventus dictae Ecclesiae respective subscripta, & subsignata tradi, & consignari debeat, in eadem Ecclesia quolibet anno celebrare, seu celebrari facere.

§.3. Ac demum onera Missarum, & Officii celebrationis hujusmodi in tabella obligationum in Sacrificia asservari, & teneri consueta, describere, & annotare teneantur, & obligati existant, reservato interea cuilibet Praeposito pro tempore existenti jure proprietatis, & directi domini, tam quoad dictam Ecclesiam, quam Conventum, & terrae petiola supra dicta, retentisque sibi, & de illius familia tantum futuris primodictae Ecclesiae Praepositis pro sua, & illorum, ac cujuslibet illorum propria, & libera habitatione atrio minori inferius ad portam, & prope portam dicti Conventus, ac una eidem atrio contigua cum scalis, necnon duabus aliis superius per eundem Praepositum, seu illius sumptibus, & expensis in dicto Conventu fabricatis, & extructis cameris cum libero ingressu, & regressu Portae ejusdem Conventus, necnon accessu, & recessu superius, & inferius ad hortum, & dormitorium, ac alias cum aliis pactis, & conditionibus, licitis tamen, & honestis, sub nostro, & Sedis Apostolicae beneplacito infra certum, tunc expressum, & jam forsitan elapsum tempus impetrando, in perpetuum concessit, prout in publico Instrumento, aliisque desuper forsitan confectis scripturis plenius dicitur contineri.

§.4. Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, ea, quae a Sede praefata approbantur, & confirmantur, firmius, & validius subsistant, ac melius ab omnibus observentur; ideo pro parte Francisci, & Fratrum, ac pro eis Correctoris praedictorum

Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus concessionem hujusmodi pro perpetua, & inviolabili observatione approbare, & confirmare, aliasque in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignemur.

§.5. Nos igitur, qui divinum cultum, & fidelium devotionem ubique augeri sinceris desideramus affectibus, Franciscum, & Correctorem praedictos, & eorum quemlibet, necnon domus, & Conventus hujusmodi singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, necnon Instrumentum, scripturarumque hujusmodi totos tenores, praemissis tamen minime contrarios, ac Ecclesiae, Conventus, & terrae petiolarum hujusmodi situationes, confines, vocabula, denominationes, qualitates, & quantitates praesentibus pro expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, discretioni tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus concessionem praedictam, ac prout eam concernunt, desuper confectas scripturas, ac Instrumentum praedicta cum omnibus, & singulis inde legitime sequentibus, & sequendis perpetuo sine alicujus praedictae auctoritate approbes, & confirmes, ac eis perpetuae, & inviolabilis apostolicae firmitatis robur adicias, eamque validam, & efficacem perpetuo fore, & esse, ac ab omnibus uti legitime factam observari, & adimpleri debere; sique, & non alias, per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de late Legatos, Vice-Legatos, & Sedis Apostolicae Nuncios, & quovis alios judicari, & definiti debere, ac quicquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, dicta auctoritate decernas.

Approbat. Pontif. ut in rubrica.

Interdum. quicquid secus factum fuerit.

Contrariis derogat.

Dat. die 9. Dec. 1665. An. XI.

§.6. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, primodicti Ordinis juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque; Datum Romae apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicae 1665. Nov. Decembris, Pont. nostri Anno XI.

DXXIX.

Declaratio circa solutionem Decimae 800. mil. ducatorum monetae Hispaniarum clar. mem. Philippo IV. concessa.

Ex Regest. in Secret. Brev.

Venerabili Fratri Vitaliano Archiepiscopo Ephesino nostro, & Apostolicae Sedis in Regnis Hispaniarum Nuncio.

ALE.

Ven. Frater salutem, & apostolicam benedictionem.

Procurator.

Alias Nos in subventionem clare mem. Philippi IV. dum vixit Hispaniarum Regis Catholici indiximus, & imposuimus unam semel in duobus annis tunc proximis, illorum nempe singulo pro medieta- te persolvendam Decimam, quae in totum ad summam octingentorum millium ducatorum monetæ Hispaniæ ascenderet, juxta Taxam a tunc existente Nostro, & Aposto- licæ Sedis in Regnis Hispaniarum Nuncio, taxandam omnium fructuum, reddituum, proventuum, jurium, obventionum, emolu- mentorum, & distributionum quotidiana- rum omnium Ecclesiarum Archiepisco- palium, Episcopaliū, Collegiatarum, & Parochialium, necnon Monasteriorum, & Conventuum, ac etiam Mensarum Ab- batialium, Capitularium, tam Cathedralium, etiam Metropolitanarum, quam qua- rumcumque Collegiatarum Ecclesiarum, & Conventualium, Prioratuum quoque, ac cæterorum Beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, & sine cura secularium, ac quo- rumvis Ordinum utriusque sexus, etiam mendicantium annuo redditus habentium tam virorum, quam mulierum, necnon Congregationum, Institutorum, & Socie- tatum regularium, etiam Societatis Jesu, & præterea Hospitalium, & Militiarum qua- rumcumque (exceptis tamen S.R.E. Cardina- libus, ac Fratribus Militibus Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani, qui pro sui tu- tela contra Turcas, & alios Infideles, alie- nis auxiliis quotidie indigent, & quoad cu- rata iis, quorum centum, quo vero ad sim- plicia Beneficia Ecclesiastica iis, quorum annui redditus summam viginti quatuor ducatorum auri de Camera non excedunt) in Regnis Castella, & Legionis, & Ara- gonie, & Valentie, necnon Principatu Ca- thalonie, atque Insulis Balearibus, & Sar- dinia, omnibusque Provinciis, & Ditio- nibus in eisdem Regnis, & Insulis com- prehenfis existentium, & similiter omnium pensionum super præmissis assignatarum, & assignandarum, & alias sub certis modo, & forma tunc expressis; Ac præfatam tunc, & pro tempore existentem nostram, & dic- tæ Sedis in prædictis Hispaniarum Regnis Nuncium decimæ hujusmodi Collectorem cum facultatibus opportunis constituimus, & deputavimus, ipsique Nuncio Taxam, & Repartimentum hujusmodi pro dicta sum- ma octingentorum millium ducatorum, conficiendi amplam potestatem concessi- mus, prout in nostris desuper in simili for- ma Brevis die 20. Octobris 1662. expeditis literis, quarum tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expresso haberi volumus uberius continetur.

Supplicatio.

§.1. Cum autem, sicut pro parte Charissimi in Christo filii nostri Caroli earum- dem Hispaniarum Regis Catholici Nobis per dilectum filium Nobilem Virum Pe-

trum de Aragonia ipsius Caroli Regis apud Nos, & Sedem præfatam Oratorem nuper expositum fuit, habita necessitate Eccle- siarum ditorum Regnorum Castellæ, & Legionis ratione, portio Decimæ præfatæ eisdem Ecclesiis contingens ex Regiæ Ma- jestatis benignitate ad miorem, nempe quingentorum viginti quinque millium ducatorum dictæ monetæ Hispaniæ summam reducta fuerit, residuo ipsis Ecclesiis, & personis Ecclesiasticis remisso, & condo- nato, ac etiam biennium solutioni ejusd; Decimæ per literas nostras præfatas præsi- nitum, eisdem Ecclesiis, ac personis Ec- clesiasticis Regnorum, Castellæ, & Legio- nis ad quadriennium ex pari benignitate ampliatur extiterit: Idcirco Nos, ut sum- ma quingentorum viginti quinque millium ducatorum monetæ hujusmodi intra qua- driennium præfatam facilius exigatur, & repartimentum opportunum desuper ex- peditis confici valeant, providere, nec- non difficultatibus, quæ circa præmissa ori- ri possent, obviare, ac exemptionem, seu exceptionem præfatam, ut infra moderari volentes; motu proprio, ac ex certa scien- tia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine. Quod Parochiales Ecclesias, quarum centum & beneficia simplicia prædicta, quorum redditus annui viginti quatuor ducatorum auri de Camera summam respective non excedunt, obtinentibus ad contributionem & solutionem portionis Decimæ hujusmo- di, sicut præmittitur reductæ omnes, & singuli ii teneantur, & obligati sint qui ad solutionem, & contributionem subsidii, & primæ Decimæ Excusati nuncupat. in illis Regnis tenentur, & illa solvunt, præsen- tium tenore decernimus, & declaramus; Tibique ad omnimodam literarum nostrarum super præmissis emanatarum cum om- nibus, & singulis facultatibus, & Indultis ibi expressis executionem, juxta tamen De- creti, & declarationis in præsentibus lite- ris expressorum tenorem, & servata alias in iis, quæ præsentibus non contrariantur priorum literarum nostrarum forma pro- cedendi Apostolica auctoritate eorundem tenore præsentium plenam, liberam, & amplam facultatem, & auctoritatem con- cedimus, & impertimur.

Annuæ Post. prout in rub.

§.3. Non obstantibus literis nostris præ- fatis, ac omnibus illis, quæ in eisdem li- teris volumus non obstare, cæterisque con- trariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 9. Dec. 1665. Pontificatus nostri Anno XI.

Derogat con- trariis.

Dat. die 9. Dec. 1665. An. XI.

DXXX.

Decernit Fratres Laicos Provinciæ Turo- niæ Majoris in Gallia Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia, professione antiquiores præcedere debe- re. Fratres Clericos ejusdem Provin- ciæ

ciz

ciæ nondum in Sacris Ordinibus con- stitutos.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Supplicatio.

§.1. Exponi Nobis nuper fecerunt dile- cti filii Franciscus Pringault, & Petrus Gaudee Fratres Laici Provinciæ Turoniæ majoris in Gallia Ordinis Fra- trum Minorum Sancti Francisci de Obser- vantia nuncupatorum expresse professi, tam suo, quam aliorum Fratrum Laicorum ejusdem Provinciæ, quorum procuratio- nes secum attulerunt, nomine, quod dile- cti filii Guardianus, & Fratres Discreti Conventus S. Francisci Rhedonen. contra Generalia Ordinis, ac particularia Pro- vincie hujusmodi statuta, necnon contra antiquam, hætenusque inviolabiliter obser- vatam consuetudinem Provinciarum Gal- liæ dicti Ordinis, ipsis Exponentibus nec citatis, nec auditis, adeoque in spretum ju- ris, nuper in eorum Discretorio ordina- runt, quod Fratres Clerici Sacris Ordini- bus nondum initiati, omnibus in locis Fra- tres Laicos, etiam ætate graves, & in re- ligione, ac professione antiquiores præce- derent, cui ordinationi postmodum assen- sum præbuit Definitorium Provincie præ- dictæ, Decreto etiam super hoc edito in Conventu Blefensi die 22. Septembr. 1664. Et quod gravius est, ac contra jus anti- quum dictæ Provincie, dicti Exponentes privati etiam fuerunt voce activa, & passi- va: Unde ipsi a dictis gravaminibus ad Se- dem Apostolicam debito tempore appella- runt, & denegatis a Superioribus suis Apo- stolicis, ad hanc Almam Urbem nostram pro suis appellacionibus prosequendis per- sonaliter accesserunt. Quare iidem Expo- nentes Nobis humiliter supplicari fecerunt ut ipsos Exponentes in suis juribus circa præcedentiam, necnon vocem activam, & passivam, votumque consultivum com- plecto quinto suæ professionis anno juxta statuta, & consuetudinem hujusmodi præ- servare, & alias opportune sibi in præmis- sis providere de benignitate Apostolica di- gnaremur.

Concedit vultibus.

§.2. Nos igitur ipsos Exponentes spe- cialibus favoribus, & gratiis prosequi vo- lentes, & eorum singulares personas a qui- busvis excommunicationis, suspensionis, & interdictionis, aliisque Ecclesiasticis senten- tiis, censuris, & penis a jure, vel ab ho- mine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequen- dum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum no- strorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardina- lium negotiis, & consultationibus Episcopo- rum, & Regularium præpositorum consilio, attentis narratis, ac audito per eisdem Cardinales dilecto filio Procura- tore Generali Ordinis hujusmodi, reque Bull. Rom. Tom. VI. Par. VI.

mature considerata, Fratres Laicos Pro- vincie hujusmodi professione antiquiores præcedere debere Fratres Clericos ejus- dem Provincie non dum in sacris ordini- bus constitutos juxta Constitutiones, & anti- quam consuetudinem dictæ Provincie, auctoritate Apostolica tenore præsentium decernimus, & declaramus; Eisdemque Fratres Laicos restituimus ad usum vocis activæ, & passivæ, & ad alia, quibus hac de causa privati extiterunt, & propter re- cursum ad Congregationem præfatorum Cardinalium, & accessum ad Urbem nul- latenus molestari mandamus, & præcipi- mus.

Decretum, irritans.

§.3. Decernentes pariter easdem præ- sentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plena- rios, & integros effectus sortiri, & obtine- re, ac illis, ad quos spectat, & pro tempo- re spectabit plenissime suffragari, & ab il- lis respective inviolabiliter observari; Sic- que in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctori- tate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum

§.3. Non obstantibus in contrarium præ- sentis, ac Constitutionibus, & Ordina- tionibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 14. Dec. 1665. An. XI.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die un- decima Decembris 1665. Pontificatus no- stri Anno XI.

DXXXI.

Quod nulli ex Fratribus Reformatis S. Fran- cisci Provincie Romanæ competit jus præcedendi, sive honoratoris loci, nisi Superioribus actualibus, & Exgeneralibus.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Pastoralis officii, quod superni disposi- tione consilii gerimus, cura animum nostrum sollicitat, ut religiosorum viro- rum, qui adnegantes semetipsos Altissimi obsequiis in spiritu humilitatis sese devo- verunt, quieti salubriter consulere, ipsos- que in laudabili eorum proposito, quantum Nobis ex alto conceditur, consovere stu- deamus.

Exordium.

§.1. Cum itaque, sicut dilecti filii Mi- nister Provincialis, & Definitorium, ac Ex- provinciales, & Fratres graduati Provin- ciæ Romanæ Fratrum Ordinis Minorum, S. Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum, Nobis nuper exponi fece- runt, licet reformatio in Provinciam præ- dictam magno cum humilitatis, & religio- se quietis, vitæque simplicitatis studio in- ducta multorum annorum spatio utiliter

Motiva.

N & lau

& laudabiliter, ac cum bono erga seculares exemplo vigerit: nihilominus experientia compertum sit post introductum in eandem Provinciam certum præcedendi modum, illam a pristina humilitatis statu non parum recessisse, dicti vero Exponentes, ut antiqua observantia in sua puritate semper floreat, omnique ambitionis, & relaxationis occasio mature præcidatur, quædam fel. rec. Urb. PP. VIII. Prædecessoris nostri literas die 22. Decembris 1642. in forma Brevis expeditas, incipientes: *Aliis pro Congregatione Generali, &c. in quibus circa præcedentiam inter Fratres strictioris Observantia familia Cismontana dicti Ordinis nonnulla inter alia disponuntur, quoad prædictam Provinciam Romanam ad terminos aliarum ejusdem Urbani Prædecessoris literarum die 23. Augusti 1634. in simili forma Brevis emanatarum, quarum initium est: Inter gravissimas, &c. a Nobis reduci, & circa subrogationes, quæ deficientibus in eadem Provincia Ministro Provinciali, ac Patribus Ordinis, & Definitoribus interdum fieri debent, opportune provideri, ita scilicet, ut digniores juxta dispositionem Constitutionum Generalium subrogentur, circa incorporationes autem, ut aliarum Provinciarum Fratres, qui memorata Provincia Romana obtento desuper beneplacito Definitorii incorporati fuerint, a die incorporationis hujusmodi tantum præcedere debeant, quemadmodum Statuta Reformationis disponunt, statui, & ordinari summo opere desiderent.*

§. 2. Nos piis eorumdem Exponentium votis in præmissis favorabiliter annuere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes.

§. 3. Supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, ac dilectorum filiorum Romanæ Curia Prælatorum super negotiis Visitationis Apostolicæ Ecclesiarum, & Locorum Piorum Almae Urbis nostræ a Nobis instituta deputatorum, qui præmissa mandato nostro accuratè discussurunt, & mature perpenderunt, consilio, primodictas Urbani Prædecessoris literas die 22. Decembris 1642. ad supplicationem tunc existentis Commissarii Gener. emanatas quoad caput præcedentia inter Fratres strictioris Observantia S. Francisci Cismontana familiae hujusmodi, respectu Fratrum dictæ Provincie Romanæ ad terminos aliarum secundodictarum ejusdem Urbani Prædecessoris literarum motu proprio die 23. Augusti 1634. editarum, auctoritate apostolica tenore præsentium reducimus, itaut in posterum etiam vigore

Absolutio a censuris.

Confirmatio prout in rubr.

cujusvis indulti, ex quavis causa, vel occasione a Sede Apostolica, vel alias quomodolibet impetrati, in eadem Provincia Romana nulli Fratrum jus præcedendi, si ve honoratoris loci competat nisi Ministro, Commissario, Vicario, & Procuratori Generalibus, Ministro, Commissario, & Vicario Provincialibus, Custodi, Commissario, Visitatori, Guardianis, Prædenti, seu Commissario, & Vicariis localibus: qui tamen expletis eorum officiis ad locum, & præcedentiam Ordinis redibunt, tam ii, qui jam habitum per Fratres gestari solitum susceperunt, ac de cætero suscipient, quam ii qui se a Fratribus de Observantia ad Fratres Reformatos dictæ Provincie canonice transfulerunt, & transferent, exceptis tamen iis qui Ministri Generalis, seu Commissarii Generalis Cismontana familiae officio functi sunt, vel fungentur, qui post Superiores actuales immediate locum habeant.

Quo vero ad prænaratas subrogationes digniorum, & incorporationes Religiosorum alienæ Provincie, Constitutiones Ordinis, & Statuta Reformationis hujusmodi servari, auctoritate, & tenore prædictis mandamus, ac statuimus, & ordinamus.

§. 4. Decernentes privilegia, & indulta super paternitate, & præcedentia, si quæ per Fratres antedictæ Provincie Romanæ a Sede Apostolica deinceps impetrati contigerit, subreptitia censeant, nisi in literis desuper expediendis de verbo ad verbum insertus fuerit totus tenor præsentium literarum: ipsas vero præsentis literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quodocumque spectabit, in omnibus, & per omnia inviolabiliter, & inconcusse observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus primodictis Urbani Prædecessoris literis, quas quoad caput præcedentia respectu Fratrum memoratæ Provincie Romanæ volumus non obstare, perinde ac si non emanassent, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Ordinis, & Provincie hujusmodi, ac aliis quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Decretum irritans.

Contrariis derogat.

derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 23. Decemb. 1665. Pontificatus nostri Anno XI.

Ad evitandas controversias, quæ oriri possent ex intelligentia Constitutionis Sanctissimi Domini Nostri nuper editæ super præcedentia, si ve honoratori loco Superiorum in Provincia Romana Ord. Fratrum Minorum strictioris Observantia Sancti Francisci, & ad pacem, & charitatemque inter Fratres conservandam, Sacra Congregatio Visitationis Apostolicæ Sanctitate sua approbante, censuit super hujusmodi præcedentia in memorata Provincia deinceps servandum esse, prout servari mandavit, ordinem infrascriptum, videlicet.

Minister, & Vicarius Ordinis, Commissarius Generalis, Minister Provincialis, quem tamen Commissarius Visitator, durante ejus commissione præcedet: Qui fuerunt Ministri, vel Vicarii Ordinis, aut Commissarii Generales, unum tantum Superiorem actualem supra se habebunt. Guardianus Conventus, Procurator Generalis Curie, Definitorum Generales, Custos, Definitorum Provinciales, quos Sanctitas Sua declaravit in memorata Constitutione comprehendere, Vicarius Conventus, qui tamen in Refectorio sedebit immediate post Guardianum, sed eo absente præcedet omnes supradictos: Sacerdotes, & postea Clerici, & tandem Laici juxta antiquitatem habitus, Datum die 3. Martii 1666.

Prosper Fagnanus Sacre Visitationis Apostolicæ Sec.
Loco * Signilli.

D XXXII.

Confirmatio Congregationis, & Instituti Monialium Hospitaliarum Monasterii, Hospitii, seu Domus Dei nuncupat. Oppidi de la Heche Congregationis S. Josephi Andegaven. Dioc.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Sacro sancti Apostolatus officii humilitati nostræ divinitus commissi ratio postulat, ut Sacrarum Virginum, & devotarum Mulierum Congregationes, quæ uberes pietatis, & christiane charitatis operum fructus, adspirante superni favoris auxilio, proferre jugiter satagunt, paterna benignitate prosequentes, felici illarum statui, & progressui quantum cum Domino possumus providere studeamus.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilectæ in Christo filiae Moniales Hospitalariae Monasterii Hospitii, seu Domus Dei nuncupat. Oppidi della Heche Congregationis S. Josephi Andegaven. Diocesis quod alias postquam dictum Mo-

Ex Regest. in Secret. Brev.

Procurator.

Expositio.

nastrerium de expressa licentia, & approbatione tunc existentis Ordinarii Andegaven. juxta dispositionem Decretorum Concilii Tridentini erectum, & fundatum fuerat, ipsæ Exponentes subinde de simili licentia alia Monasteria earum Instituti in Civitate Nemaufen., ac locis de Bauge Andegaven. de Laval Cenomanen., de Moulins Eduen respective Diocesum, & de Moureal in nova Francia fundarunt, in quibus habitum Novitiis exhibuerunt, easque ad professionem regularem trium votorum substantia- lium, paupertatis, castitatis, & obedientia cum quarto voto de hospitalitate erga Pauperes infirmos exercenda admiserunt, ac a multis annis alias functiones verarum Religiosarum obiverunt, & de præsentibus obeunt, clausuram, & Communitatem regulares sub Regula S. Augustini, ac propriis Constitutionibus ab Ordinario approbatis servando, cum maxima Episcoporum locorum approbatione, nec minori populorum ædificatione, ipsarumque Exponentium spirituali utilitate.

§. 2. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, præfate Exponentes, ut spiritualibus earum incrementis consulatur, & quies qua in præsentibus fruuntur, firmitus stabilatur, plurimum cupiant opportune sibi in præmissis a Nobis provideri, & ut infra indulgeri. Nos ipsas Exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & earum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus earum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, de Ven. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, attentis narratis, reque per eosdem Cardinales mature examinata, earundem Exponentium Congregationem, & Institutum auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, ipsasque Exponentes veras esse Religiosas declaramus.

§. 3. Decernentes easdem præsentis literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac dictis Exponentibus in omnibus, & per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus Apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Absolutio a censuris.

Congregationem prædictam approbatam non tunc.

Decretum irritans.

Derogatio contrariorum.